

sunt querenda contra Carneadeam illam
 suam. Quocumque enim modo summum
 bonum sic exponitur. ut id uacet honesta-
 te. nec officia. nec uirtutes in ea re nec
 amicitie constare possunt. Conuictio autem
 cum honestate uel uoluptatis uel non dolendi.
 id ipsum honestum quod amplecti efficit turpe.
 Ad eas enim res referre. que agas. quare una si quis
 malo careat in summo eum bono dicat esse. Al-
 tera uerletur in leuissima parte nature. obscura
 est omnem splendorem honestatis ne di-
 cam inquantis. Restant stoici. qui cum a pira-
 tetis et academicis omnia transtulissent. no-
 minibus aliis easdem res secuti sunt. hos con-
 singulos dici est melius. Sed nunc quod agimus.
 de illis cum uolemus. Democriti autem securitas.
 que est animi tanquam tranquillitas. quam appel-
 lant enthimiceano separanda fuit ab hac di-
 sputatione. quia ista animi tranquillitas.
 ea ipsa est beata uita. Querimus autem non que-
 sit. sed unde sit. Jam explode eiecteque sententie
 pyronis. Aristonis. erilli. quod in hunc or-
 bem quem circumscripsimus incidere non
 possunt. adhibende omnino non fuerunt. Na-
 cum omnis hec questio de finibus et quae de
 extremis bonorum et malorum ab eo perfiscatur

h.